

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 18 : De Tantalo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[75\] : De Tantalo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 18 : De Tantalo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 19 : De Tantale](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 18 : De Tantale](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 18 : De Tantalo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/890>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination189v°-191r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Tantale](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

De Tantalo.

Cap. XVIII.

Tantalus etiam, quem apud inferos torqueri modo timore impendens faxi, modo rerum victui necessiarum penuria dixerunt, impurus, & acceptorum beneficium immemor fuit. Hunc Eusebius Louis & nymphæ Ploti filium narravit in secundo Euangelice præparationis, cum tamen Ioannes Diaconus & Didymus in lib. 2. Odyl. Louis & Plutus Nymphæ filium fuisse arbitrentur: quem Zetes lib. 10. chil. 5. Pluto quidem matre genitum, ac patre Imolo Lydiæ rege scribit. Lucianus in dialogo de

Dipladibus, Aethonis filium illum fuisse censiuit, ut etiam tu hæc camina;

et illa subiecta est pax regi vestigata ab aliis uero

stelam exponit. In primis illud.

Talia ferre puro quoque Tantalon Aethone natum,

Qui nullo potuit fonte leuare sitim.

Fuerunt qui dixerint Deos aliquando in hospitium ab hoc fuisse acceptos, qui cum laetum conuinium illis parasset Pelopem filium exsum inter ceteras epulas apposuit, ut alii arbitrarentur quod illum immolarat ad epularum magnificentiam, cum omnium rerum vel carissimum filium illis obtulisset, id cum Dii ceteri cognouissent ab iis epulis abstinuerunt, præter unam Ceteram, que ob rapta filia dolorem penè desipiens incosulso humerum edit, tum dii reliqui eius filii miseri, cum rursus iecrunt in lebetem, ac recocatum vitæ restituerunt, ut scripsit Pindarus in Olympicis in Hierone Syracusio his verbis;

Εὐσέβιος Λυδίας Λύδης

επούλων οὐρανού φάγοις

μάτη λαζανίστας

Quod ipsum è puro lebete exemit

Clotho elephantino splendidum

Humero decoratum.

30 Nam & Lycophron his pubescentem appellavit Pelopem, quia junior tellitus à diis fuit, quam erat prius, ut patet ex his;

τοῦ δὲ πολὺ μεγάλη τε καὶ πολὺ πολὺ

φοίτηται μεγάλη τε καὶ πολὺ πολὺ

Accessit huic pubes decora his, grauem

Cupidinem vitavit is Neptuniam.

Cum vero illi deesset humerus, quem comedebat Ceres, Dei eburneum fecisse dicuntur; qui humerus omnium posita Pelopidarum signum fuit, ut Sparti pilum, huc tellatur Isacius, verum quia Deorum epulas per humanam exdem Tantalus contaminasse, violassetque ins hospitii, cum expetiendorum Deorum causa filium mactasset, ut alii maluerunt, perpetuo epularum desiderio ad inferos derrusus addictus esset; qui tamen prælentes lauriflavo regioque apparatu semper habet epulas, neque ullo pacto illas potest attingere. Huic impedimento quidam putarunt esse Furias, quomodo illas attingeret, ut ait Virg. lib. 6.

lucent genialibus altis

Aurea in cratboris, epulaque ante ora parata

Regisco luxu: Furiarum maxima iuxta

Accubat; & manibus prohibet contingere mensas,

Exur-

Exurgitque faciem arcuolens ; atque intonat ore.

**At Homerus lib. x. Odyss. non a Furiis tertetiis ait Tanatuum apud inferos,
sed perpetua siti vexari, & in aqua esse perpetuo, quia & sicut ad mensum al-
surgit: sed quoties latris attingere conatur, illa latram refugit; quod si id omni-
faciunt varia fructuum genera, quorum desiderio semper discutuntur, ut
est in his;**

Alii putarunt lapide illius capiti imminentem, qui quoties bibere conaretur, toties illius caput percuteret: atque saxum Tantali supplicium ita esse scripsit Cicero lib. 4 Tusc. Disput. cui miseris, & gritudini scilicet, prius missus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit, examinatusque pendet animi: quam vim significantes mali, poetae impendere apud interos saxum Tantalo faciunt ob sceleram, animique impotentiam, & superbiloquentiam. Euripides in Oreste nullo in loco ob timorem posse Tantulum confiteretur scribit, cum solum illi perpetuo immineat: quam prouam illum pati inquit ob immoderatam longam petulantiam & dicatitatem, ut sit in his:

Mythologiae

Aerumnus nulla, vel Dei ira incommodum,
Quod non virum natura mox suscepit.
Olim bestus ille (nec fortunam ei
Obicio) natus ut ferunt Ioue Tantalus,
Saxum timens sibi imminet quod vertici,
Panam hanc luit, quod peruvlat per aera.
Causa est, ut ferunt, quod is vir cum foret,
Mense Deorumque assideret, improba
Lingua fuit virus; quod viro turpisissimum est.

10 Tibellus autem in lib. t. videtur id tantum datum fuisse Tantalo supplicium

existimasse, quod esset in aqua, perpersuati siti cruciatur, ut patet in his;

Tantalus est illuc, & circum flagra, sed acrem

Iam iam poturo deferit vnda sitim.

Atque Ouidius illud supplicium Tantalo interrogatum inquit ob loquacitatem,

quia secreta Deorum mortaliibus diuulgauerit, ut patet in his;

Querit aquas in aquis, & puma fugacia capteat

Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.

Alii ob raptam ab Ioue Aeginam Asopo patri indicatam eam ponnam subiungunt

20 se Tantulum fabulantur, quod ali Sisyphus tribuerunt. verum Corn. Gallus
poeta praestantissimus luculentis carminibus rem rotam complexus fuit,
quod ob immoderatam linguam licentiam scilicet Tantalus ad inferos fuit
declusus, quod ibi perpetua fame ac siti premebatur, quod lingua est intra
certos clastos viro prudenti coercenda; quod si tacenda patet fecerit, perpe-
tuas calamitates loquacibus parit in posterum; sic enim inquit,

Id est npi mepapart ratiōne, id est i rebus

Dilectus mepapart mepapart mepapart,

Nec aliud deo deo ipse ipse. ē qmēpēdē

spēre, id hunc est tenebri.

Micrōsa et rōpē, qmēpēdē pēlētē rōpē.

si hanc mepapart ratiōne mepapart.

30 Qui satur ante fuit felix coniux Deorum

Nectare, quod superis pocula nota Deis;

Nunc cupit humanas epulas: sed semper ab ore

Voda fugit, mediis itat sitibundus aquis.

Vnda bibe affaeur, ac disceito iura silencii.

Conuenit ista pati lingua proterua quibus,

Alii, inter quos fuit Zezes & Didymus, putarunt hanc ponnam interrogatam
Tantalo, quia nectar & ambrosiam suis & qualibus impertierit. Hic filium
habuit Ercoranum, Pelopem, ac Nioben. & de fabulosis quidem haec tenus.

40 Tantulum Louis & Plotus filium quidam dixerunt, ali Ploti nymphas, alii

Aethonis, non ea quidam de causa, ut purarunt quidam, quia plures iacent
Tantali; sed quia alii alia ratione fabulam candem interpretantur, cū omnes

tamen ad unum eundemq; finem tendant. nam cur Louis est filius? quia
Tantalus vir rerum diuinorum ac naturalium peritisissimus fuisse creditus

est; quia cognitio nō contingit cuivis, ut senserūt Pythagorici, sed illis tan-

tum, quorum anima ē Louis sphaera p̄cipue in hac corpora euocata fuif-

sent, aut qui Iouem haberent in suo horoscopo dominantem, cuiusvis ut

spulentiam, ita sapientiam subministrat in nativitatibus. Verum cum

illa

illa ætheræ supraea regio ignea credita sit ab Anaxagora & Empedocle, non fuit absurdum Tantulum Aethonis filium exstuprari, ardentes sci-
tices & igniti ætheris. Hic accepisse Deos in conuiuio dicitur, Pelo-
pemque illis epulandum apposuisse, cuius Ceres humerum comedit, quod
quid aliud significat, quam perpetuas calamitates, quæ ferendæ sunt homi-
nibus bonis & sapientibus dum rebus diuinis sunt intenti? nam vel filii, vel
carissimi: quæque sunt deferenda, ut diuina sectemur. Et enim rerum hu-
manarum felicitas ad sceleratos multo magis, quam ad virtuosos pro-
pens: nam cui multa occurrae difficultas, ille vel Dei est exstuprandus ami-
cus si æquo animo ferat, vel certe brevi futurus est, qui per hæc incommo-
da virorum honorum constantiam & animi magnitudinem exercet. Hic cū
ditissimas esset, adeo rerum diuinorum cognitioni fuit intentus, ut diuinitatis
posthabitus omnes voluptates corporis contempserit: quare dictus fuit à
nonnullis in maxima omnium voluptatum copia ab imminente saxo deter-
ritus, quo minus illis perseveretur. Hic nectar & ambrosiam hominibus im-
pertivit, quia fuit rerum coelium suauissime cognitionis inventor; nam
nullum nectar iucundius est quam Dei cognitio. Quod erat igitur saxis illi-
lius ceruici assidue imminens: assiduus labor & studium quod rebus diuinis
cognoscendis tribuitur, quæ animi cura cum nos renocet a voluptatibus
corporis, dicta est una furiarum, eaque maxima ab epulis presentibus de-
terre: abundabat enim voluptatum copia ob diuinitas, at non fruebatur
ob animi sollicitudinum. Alii tamen ad auatos ad liberalitatem reuocandos
hanc fabulam detorquent, qui dicunt opulentos Iouis filios dici propter di-
uinitias; eosdemque condemnatos perpetuæ sitis, quia nulla sit vel in maxi-
ma copia diuinitatum satietas: quippe cum illarum desiderium cum copia
crescat, quare ita inquit Hora. de quodam auato in 1. Serm.

Tantalus à labris sitiens fugientia capitat
Flumina: quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

At Cicero, ut patuit ex soperiori recitatis, curas & timores inanes viderunt pu-
tasse è mentibus hominum per hanc fabulam expellendos, quod etiam sen-
xit Lucretius in his carminibus;

Nec miser impendens magnum timet aere saxum
Tantalus (ut perhibent,) cassa formidine torpens &
Sed magis in vita Diuum mictus urget inanis
Mortales, casumque timent, quem cuique ferat fors.

Et profecto nullus timor viro sapienti conuenit, nisi offendendæ diuinæ bo-
nitatis, cum potius per reverentiam, se benevolentiam Deus ut pater &
bonorum omnium autor sit colendus, quam timendus ut horribilis & fe-
rox. Alii putarunt linguis procacitatem nos admoneri per hanc fabulam
esse cohibendam, alii ad reuocandos ab omni improbitate & crudelitate ho-
mines, cum scelerum omnium grauissimus denique vindex sit Deus. Alii
crediderunt significari per hanc fabulam profanis & impuris hominibus re-
ligionis arcana non esse detegenda; quoniam apud profanum vulgus eadem
est harum rerum, quæ etiam ciborum ratio; qui alios pro valetudine, ac
viribus stomachi nutriunt, alios interimunt, aut impellunt in grauioreē mor-
bam. Nam ve quisq; est vir bonus, ita in bonam partem rerum factarum co-
gnitionem accipit. nunc de Tityo dicatur.

De

10

20

30

40